



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv  
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia  
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De  
Divina Gratia Pars ...**

Continens Prolegomena sex, & duos priores libros De Necessitate Divinæ  
Gratiæ Ad Honesta Opera

**Suárez, Francisco**

**Mogvntiæ, 1620**

Index Capitvm Prolegomeni Qvarti. De Statibus humanæ naturæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94086)

turalibus confundatur contra dicta in secundo capite huius prolegomeni.

16. *Motio naturalis gratia dicitur cum non debito modo conferatur.*

Ve ergo hoc explicemus, aduertimus tertio, vt motio ordinis naturalis inter auxilia gratiæ computetur, inprimis necessarium esse, vt non sit debita naturæ ex vi naturalis dignitatis, seu conditionis suæ, & consequenter neque ex vi naturalis prouidentia Dei secundum legem ordinariam ipsi naturæ consentaneam, quia, vt dixi, quidquid huiusmodi est, non pertinet ad ordinem gratiæ, sed naturæ. Nec potest securè dici, gratiam sanctificantem, & gratum facientem aliquo modo esse debitam naturæ, proprium autem auxilium gratiæ inter gratias gratum facientes computatur, vt ostendimus: oportet ergo vt non sit naturæ debitum. Deinde, & consequenter necessarium est, vt, vel in re, vel in modo aliquid in illo præ-

stando Deus exhibeat præter id, quod pertinet ad communem cursum naturæ, id est, ultra virtutem, & efficaciam causarum secundarum, prout cursus, & actus suos facere sinuntur cum generali concursu Dei. Nam quidquid hoc præciso modo fit, in substantia, & in modo merè est naturale, & fit ex virtute, & concursu debitum naturalibus causis, in quo nihil gratiæ inuenitur. Ergo vt motio aliqua ordinis naturalis gratia sit, oportet, vt aliquid speciale Deus in ea conferat, vel mutando communem causarum ordinem, vel illas aliter applicando, quam per se possent, vel alio simili modo non debito concurrente in ordine ad supernaturalem finem. Tunc autem ratio gratiæ sufficienter in tali motione saluari potest. Quod ex dicendis in libro primo clariùs intelligetur.

*Finis Prolegomeni tertij.*



## INDEX CAPITVM PROLEGOMENI QVARTI.

De Statibus humanæ naturæ.

- C**ap. I. *An possit homo in statu puræ naturæ creari in ordine ad finem supernaturalem?*  
 Cap. I I. *Vtrum potuerit homo in statu puræ naturæ creari in ordine ad naturæ integritatem, & consequenter an potuerit cum illa integritate creari?*  
 Cap. I I I. *Vtrum status innocentia, seu originalis iustitiæ ultra statum puræ, & integræ naturæ aliquid agat?*  
 Cap. I V. *Qualis sit gratiæ status, & quomodo cum alijs coniungi, vel ab eis separari possit?*  
 Cap. V. *An status gratiæ, & originalis iustitiæ per eandem formam constituantur, ac subinde quomodo separari possint?*  
 Cap. VI. *Quis, & qualis sit status hominis in natura lapsa?*  
 Cap. VI I. *Vtrum homo in statu naturæ lapsæ careat libertate, quam in sua pura natura haberet?*  
 Cap. VI I I. *Vtrum in statu naturæ lapsæ homo sit intrinsecè debilior ad operandum bonum, quam esset in statu puræ naturæ?*  
 Cap. I X. *Vtrum in statu naturæ lapsæ debilior sit homo ad operandum, quam in pura natura, saltem ob causas extrinsecas?*

PROLE-